

sentis, quod quia honorabilis dominus Henricus praepositus et religiosae nobis in Christo dilectae Elizabeth abbatissa, Margareta priorissa, Barbara subpriorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii sanctae Crucis prope Mysnam eiusdem sui monasterii necessitatem et utilitatem pensantes et considerantes, quod ubi maius est periculum cautius est agendum; volentes igitur maioribus periculis puta usuris aliisque dampnis gravioribus, quibus ipsum monasterium flebiliter subiacet, minoribus periculis tutius obviare, honorabilibus et religiosis viris dominis Nicolao praeposito, Johanni priori ac conventui monasterii sancti Thomae apostoli in Lipezk ordinis sancti Augustini canonicorum regularium villam suam dictam Summervelt cum omnibus suis iuribus utilitatibus censibus fructibus ac attenentiis universis vendiderunt iusto venditionis et emptionis titulo perpetuis temporibus habendam et quiete possidendam, prout in instrumentis publicis et documentis aliis desuper confectis publice continetur. Nobis igitur humiliter supplicarunt, ut huiusmodi venditionis contractum auctoritate nostra roborare auctorizare approbare et confirmare dignaremur. Nos itaque more pii patris dicto monasterio sanctae Crucis ac eius ruinosis periculis piissime condolentes et considerantes, quod per venditionem et emptionem praedictas idem monasterium non modice immo multipliciter ac magnifice poterit reformari, praedictae villae ac attinentium suorum tam expressorum quam non expressorum venditionem et emptionem omniaque alia et singula, quae in praefatis instrumentis et documentis praedictis plenius continentur, auctoritate nostra ordinaria confirmamus auctorisamus approbamus et roboramus ac ea rata et grata perpetuis temporibus habentes seu verius habituri nostri et successorum nostrorum nomine ipsis adesse volumus robor perpetuae firmitatis. Et ut omnia et singula praedicta firmiter in memoria habeantur et inviolabiliter observentur, praesentem literam nostri episcopatus sigillo duximus roborandam in evidens testimonium praemissorum sub anno domini millesimo CCC^o nonagesimo quinto in vigilia sancti Andreae apostoli.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Meissen; das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel ist abhanden gekommen

No. 446. 1398.

Markgraf Wilhelm eignet dem Kloster zum heil. Kreuze, welches den Burggrafen zu Meissen das Vorwerk Wiltperg überlassen, das dagegen im Tausch erlangte Dorf und Vorwerk Wasmoticz.

Wir Wilhelm von gotis gnadin maregraue czu Missin, lantgraue in Doringin vnde pfalzgraue czu Sachsen bekennen vor vns vnser erbin vnde nachkomen vnde thun kund offentlichin mit disem brieffe allen den die yn sehın adir horen lesin, wenn die edeln er Berthold vnde er Heinrich buregrafin czu Missin vnser libin getruwin mit den innigin ephthischinnen conuente vnde probiste des jungfrauwin clostirs czum heiligin Cruce bie Missin gelegin ein wechsil gethan habin, alzo daz die selbin ephthischinne conuent vnde probist des selbin clostirs daz forwerg Wiltperg^{a)} daz biz her ir rechte eygen gewest ist mit agkere wesin holcze czinse vnde allin

a) Wildberg, Par. Weissstropp.
COD. DIPL. SAX. II. 4.